







16

1.

2.

16

19

2

16

19

2.

3



1695

1. Ansel, Johannes: Unus testis, nullus testis.
4 Sumpl. 1695, 1720 - 1733

2. Schoenfeld, Henricus: De jure hospitalitatis.

1696.

1^a Ansel, Johannes: De eo, quod extremum
judicialium actuum seu executionem sistit et differt.
2 Sumpl. 1696 - 1753.

2^a Ansel, Johannes: Unus actus, nullus actus

1697.

1^a Ansel, Johannes: De nominis subscriptione.
3 Sumpl. 1697 - 1730.

2. Siverby, Henricus: De homicidio licito et non
licito.

3^a Starinski, David: De conjugio illegitimo
in indulgentia principis confirmato. 2 Sumpl
1697 - 1707.

1698.

1. Ansel, Johannes: De rationabilitate canonis
juris Lubecensis: Haec non haud verum
2. Hess, Zacharias: De iis, inter quos compensatio
locum habeat, vel non habeat.
3. Paulus, Theodorus: Decis thesorum miscellaneorum
4. Leubertich, Fridorius: De causis stillicidii
sanguinis in cadavere violenter occisorum
proesente homicida.

1699.

1. Ansel, Johannes: De causis inappellabilibus
2. Paulus, Theodorus: De consensu parentum ad
nuptias liberorum.

sati

an

bus



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100



1695 A. b. r. 2
I. N. D.
DISPUTATIO JURIDICA

Vulgato Dico

UNUS TESTIS,
NULLUS TESTIS,

Germ.

Ein Zeuge / kein Zeuge /

OPPOSITA.

Quam

DIVINO FAVENTE NUMINE,

Et

AMPLISSIMÆ JURIDICÆ FACULTATIS CONSENSU

PRÆSIDE

DN. JOHANNES Damseln /
U. J. D. & Electoral. Suprem. in Prussia
Judiciorum Advocato,

FAUTORE ET PRÆCEPTORE ÆTATEM DEVENERANDO.

IN ILLUSTRIS REGIOMONTANA ACADEMIA

publica & placida

ERUDITORUM DISQUISITIONI

subjicit

HENRICH RADEMIN, HAMBURG.

A. & R.

Die. Mense Julio, Anno M. DC. XCV.

REGIOMONTI, TYPIS REUSNERIANIS.

DEO
PATRIÆ
PATRONIS
ET
PARENTI
SACRUM.



CUM DEO.

§. I.

Tritum est, at jure & Practicâ benè fundatum axioma: *Actore non probante reus, licet nil præstiterit, l. 4. C. de Edend. aut in probatione defecerit. Masc. V. 1. C. 36. n. 37. Lauterb. tit. ff. d. prob. absolvitur. l. 9. C. d. O. & A. l. 2. C. d. prob. P. N. L. 1. t. 33. §. 2.* Provideat ergò Actor, ut quicquid in judicio intendit, allegat, affirmat, id Judici probet, eique per tramites legitimos ostendat, atque evidentissimè demonstret. *L. f. C. d. prob. ne à limine judicii repulsus, Reò modò ab instantiâ, modò ab actione absolutò Conf. Ekolt. & Swend. ad tit. ff. d. prob. & præf. §. 6. Mynf. §. 1. Inst. d. Actionib. n. 27. P. N. all. l. ex l. 30. ff. d. test. tut. cum Paulo Icto ingemere cogatur: Non jus me deficit, sed probatio, Sicuti verò Actor, cujuscunque conditionis, Brun. ad l. 23. C. d. prob. ipsò factò se ad probandi onus adstringit, l. 10. C. d. non num. pec. l. 21. ff. d. prob. l. 23. C. Eod. §. 4. in f. l. d. legat. ita non minùs Reus, quatenus in exceptione Actor est, & ejus partibus fungitur l. 1. ff. d. Except. ea, quæ contra Actorem allegat & excipit, probare tenetur. L. 9. l. 12. pr. ff. d. prob. Neque affirmanti tantum est facienda probatio, sed non rarò etiam in negantem transit probandi onus. L. 5. §. 1. l. 8. ff. d. prob. contra l. 2. ff. tit. all. definitionem: *Affirmanti incumbit probatio, non ei, qui negat. l. all. non quidem in negativa facti purâ & simplici, cujus per rerum naturam nulla est probatio. L. 23. C. d. prob. l. 10. C. d. non num. pec. c. 5. x. d. renunciat. c. 11. x. d. probat. sed in negativa certò locò & tempore coarctatâ, aut vi & effectu affirmativâ, aut juris & solennitatis negativâ. Exempla pete ex l. 5. l. 8. l. 19. pr. ff. d. prob. c. 5. x. all. l. 14. C. d. contr. & com. stip. §. 11. l. d. inut. stip. Brun. ad l. 23. C. d. prob. Lauterb. tit. ff. eod. Hopp. Com. Inst. ad §. all. Ekolt. tit. all. §. 3. P. N. L. 1. t. 33. §. 9. 10. 11. 12.* Cum itaque in judicio probatio, quia pars ejus substantialis aut anima, *Mev. p. 1. D. 119. in f. Berl. p. 1. c. 36. n. 1. necessaria sit, & illa fiat Judici. L. 12. in f. ff. d. prob. l. 5. l. 19. C. d. test. Mev. p. 7. D. 155. n. 10. & p. 3. D. 132. quò inde animi sui motum in ferenda sententia formare valeat. L. 3. §. 2. l. 2. 21. §. 3. ff. d. test. hujus erit non ad quamcunque, sed illam demum attendere plenius, quæ ritè & legitimè, per modos legitimos, i. e. vel per INSTRUMENTA, t. t. ff. & C. d. fid.**

Λ

d. fid.

*d. fid. instr. vel per TESTES l. i. ff. C. d. test. peragitur. Hi enim duo probandi modi præcipuæ sunt probationum species L. 15. C. d. fid. instr. l. 11. C. d. r. reliquis non exclusis. Conf. Gothofr. ad l. f. C. de prob. Berl. p. 1. C. 36. n. 6. P. N. L. 1. t. 34. a. 1. §. 1. Instrumenta sive scripturæ ad rerum gestarum fidem factæ, sunt vel verè *publica*, vel *quasi* trium l. 11. in f. C. *qui pot. in pig.* aut duorum testium P. N. L. 1. t. 36. §. 11. subscriptione confirmata, aut *privata*, quibus æquè, ut testibus tribuitur fides. L. 10. ff. d. prob. l. 15. C. d. fid. instr. imò in uno alteròve excepto casu major est instrumentorum, quàm testium fides, ob subornationis in testibus productis metum majorem, quàm falsitatis in instrumentis commissæ præsumptionem. Brunn. ad l. 31. ff. de jurej. n. 20. 21. Instrumentis deficientibus, aut iis fortè amissis, succedit probatio per testes l. 5. 7. C. d. fid. instr. in quibus requiritur (1) ut sint idonei & pro thematis nostri qualitate omni exceptione majores, & idonei veritatis sponsores, Zeugen / die niemand tadlen kan / tum ratione personæ, tum ratione causæ, l. 3. pr. ff. d. Test. (2) Ut sint præsentis N. 90. c. 5. non enim testimoniis creditur, sed testibus, l. 3. §. 3. & 4. ff. d. test. vide tamen c. 8. x. d. testib. l. 15. ff. d. jurej. In scriptis deponentium nulla est fides. Mev. p. 5. D. 12. n. 3. (3) Ut sint jurati l. 9. C. d. test. ibique Brunn. Aiers. proces. Jur. c. 8. O. 3. (4) Ut sint duo, aut interdum plures. Nam quod *numerum testium* ad facti probationem & solennitatem adhibendorum attinet, non semper eundem in legibus definitum deprehendimus. Pro *casuum diversitate, gravitate, majoriq; solennitate* nunc minor, nunc major testium numerus, tum *jure Communi*, tum *Provinciali Prutenico Jure* est determinatus. In solennibus testamentis scriptis & nuncupativis §. 3. & 14. l. d. test. ord. l. 12. C. Eod. P. N. L. 5. t. 1. a. 2. §. 1. & a. 3. §. 3. imò & in minus solenni tempore pestis condito. SEPTEM l. 8. C. Eod. (moribus DUO aut TRES sufficiunt. Carpz. p. 3. C. 4. D. 8. P. N. all. a. 5. §. 1.) & OCTO in cæci & literarū imperiti testamento. L. 8. C. qui test. fac. pos. l. 21. C. d. Test. ord. P. N. all. a. 2. §. 1. & a. 6. §. 1. requiruntur. In divortio SEPTEM l. 9. ff. d. divort. In Codicillis, Legatis, Donationibus mortis causa, Rustici testamento l. f. §. f. C. d. Codic. l. f. C. d. testam. l. f. C. d. donat. mort. causa. P. N. L. 5. t. 9. a. 1. §. 7. & L. 10. §. 1. & t. 1. a. 3. §. 3. In probanda Felonia 1. feud. 22. 2. feud. 57. Gail. l. 2. O. 157. n. 2. In probanda Consuetudine. P. N. L. 1. t. 33. §. 15. In contractu in scriptis in civitate ab Imperito celebrato. *Auth. sed novo jure C. si cert. pet.**

QUIN-

QUINQUE; In instrumento fidejussionis à muliere susceptæ *l. 23. C. ad
 Sctum Vellej.* In Vellejani beneficii renunciatione *PLX. L. 1. t. 25.
 a. 3. §. 4.* In instrumento vim publici habente *l. 11. C. qui pot. in pig.*
TRES; In meritis, propter quæ junior seniori in Collegio præferri possit,
 probandis **QUINDECIM** *l. 7. C. d. prox. sacr. scriin.* requiruntur testes.
 Si nihil certi in jure de testium numero est determinatum, tunc in actu ulti-
 mæ voluntatis **QUINQUE**. arg. *l. f. C. d. Codic. PLX. L. 5. t. 9. a. 1.
 §. 7.* & in actu inter vivos **DUO** sufficiunt. *l. 12. ff. de test. PLX. L. 1.
 t. 35. a. 10 §. 1.* Unde illud: *in ore duorum stat omne verbum. c. 4. licet. x. d.
 test.* quod non solum in civilibus, conf. *Ayers Process. c. 2. O. 1.* sed et-
 iam criminalibus obtinet causis, *PLX. L. 1. t. 35. a. 10. §. 1.* ibi: *in
 Bürgerlichen und Peinlichen Sachen / & L. 6. t. 3. a. 1. §. 3. Sa.
 2. §. 2.* ut testimonio duorum idoneorum testium pereat homicidii convi-
 ctus. *Masc. d. prob. C. 461. n. 1. seqq. Mev. p. 9. D. 51. n. 31.* licet delin-
 quentis confessio, quæ à quibusdam ex malè intellectu *Const. Crim. Car. V.
 art. 16.* requiritur, desit. *Mev. all. 1. PLX. all. L. 6. tit. 3. art. 3. §. 1.*
 Quod ipsum sacrosanctarum pandectarum libris est consonum, quibus ita
 scriptum legimus: *Den Todtschläger soll man tödten / nach dem
 Munde zweyer Zeugen / ein Zeuge soll nicht antwo-
 ren über eine Seele zum Tode.* *Deut. 17. v. 6. 19. v. 15. Num.
 35. v. 30. 2. Cor. 13. v. 1.* A jure Divino Jus Canonicum recedit in Clerico-
 rum damnatione longè majorem postulans numerum. *c. Presul. 2. 6. c.
 Nullam. caus. 2. qv. 4.* Verba citati Canonis ita habent: *Presul non
 damnabitur, nisi LXXII. nec Presul summus à quoquam judicabitur;
 quoniam scriptum est: non est discipulus supra Magistrum. Presby-
 ter autem Cardinalis, nisi LXIV testibus, non damnabitur. Diaconus
 verò Cardinalis urbis Romæ, nisi cum XXVII. testibus non condemna-
 bitur. Subdiaconus, Acolytus, Exorcista, Lector, Ostiarius non nisi
 septem testibus condemnabitur. Nullam damnationem Episcoporum
 esse unquam censemus, nisi aut ante legitimum numerum Episcoporum
 (qui sit per XII. Episcopos) aut certè probata sententia per LXXII.
 testes idoneos.* His præcedens. *i. can. caus. all.* juris Divini sanctioni est
 conformis: *Placuit, sunt verba, ut si quis aliquorum Clericorum in
 accusatione fornicationis impetit secundum præceptum Pauli Apostoli
 duo vel tria testimonia requirantur ab illo.* Sed in recensitis personis
 propter illarum dignitatem & magnam inculpatæ vitæ præsumptionem,
 A 2 fedi

fedi Romanæ non est è re visum, testimonio duorum niti condemnationē: ita sentit Ferdin. Valq. *Controv. Illust. L. I. c. 14.* An alia statūs ratio extensū testium extorserit numerum, non definimus quidem, quia longum foret singula persequi, unicuique tamen relinquimus cogitandum. *Hominis unius testimonium* neque in criminalibus (licet fama concurrat *PER. L. I. t. 38. §. 3.*) neque civilibus, vel *Divinò* per loca citata, vel *Humanò jure* justificat aut condemnat. Quod humanum jus attinet in testem provocamus Paulum Ictum in *l. 20. ff. d. questionib. testimonium*, ait, *unius hominis non debet admitti*, & paulò post: *unius testimonio non est credendum*: quod effatum Imperator Constantinus laudabiliter stabilivit in *l. 9. §. 1. C. d. testib.* promulgans: *ut unius testimonium nemo iudicum in quacungq; causa facile.* Conf. *Wissenb. tit. ff. d. testib. n. 32. patiatur admitti; ut unius omninò testis responsio non audiat, etiam si præclara Curia honore præfulgeat*, i. e. Interprete Gothofr. ad *l. all. etiamsi Senator sit, & prædiali refulgeat dignitate c. 47. x. d. test.* *Mev. ad Jus. Lub. l. 1. t. 1. art. 3. §. 4.* quod alii latissimè extendunt, licet Imperator sit vel Pontifex. *Wissenb. all. l. Math. ad L. 48. ff. tit. 15. c. 3. n. 2.* de quo infra in §. V. hinc vulgata illa enata dicta: *Vox unius, Vox nullius.* Baldus ad *l. 9. C. d. testib.* *Goedd. d. contr. & commit. stip. C. 3. C. 10. n. 187. Unus testis, nullus testis.* *Ein Zeuge / kein Zeuge.* Est magnus, quod cuique fatendum matrimonii, est pariter & piæ causæ favor magnus, nec sanè minor ultimæ voluntatis, maximè tempore pestis: non tamen ita à Doctoribus extenditur, ut in hujuscemodi causis unius testis depositioni plena accommodetur fides. Sunt Sponsalia clandestina *uno teste* interveniente celebrata, nec subsistunt. *Carpz. p. 4. C. 20. D. 7. & jurispr. Consist. L. 3. tit. D. 42. n. 12. ib: Weil durch dergleichen einzigen Zeugen etliche Klag-Puncten bewiesen werden wollen / und daher gezweiffelt wird / ob in dieser Unius testimonium gnug sey / so erkennen wir vor recht / daß auf Verneinen ein jeder Actus oder Klag-Punct in dieser matrimonial-Sach zum wenigsten durch zweyer Zeugen Einstimmungen Aussage vom Kl. bewiesen werden müste / und sonst wegen eines Zeugen Aussage in puncto clandestinitatis die Gewissen nicht zu beschweren.* *Nec valet testamentū tempore pestis uno teste adhibito conditū.* *Carpz. p. 3. C. 14. D. 16. ib: Dieweil aber dennoch von den Zeugen / so dabey gewesen / nur allein ein einiges Weib am Leben ist / und solches berichten kan; So ist angeregte Ver-*

Verordnung zu Recht nicht beständig ꝛc. Brunn. ad l. 12. ff. d. test. Farin. d. test. q. 63. n. 14. Interim in quibusdam singularibus casibus aut facti speciebus *unius testimonium ad plenam* admitti posse *probationem*, illamque generalem juris definitionem, quæ semper periculosa l. 202 ff. d. R. I. ipsò forensi usu nonnunquam vitari officiumque suum planè perdere l. 1. ff. d. R. I. uniusque testis testimonium sine effectu minimè esse relinquendum, præfens Dissertatio uberius testabitur. Sistit illa Tibi, L. B. singulares & notabiliores exceptos casus, levi & simplici viâ pro temporis ratione & virium facultatibus hac vice deductos. Volui illorum recensione, & publicâ post ventilatione academicum meorum in jure profectuū, quos, quales quales sunt, fideli *Prænobiliss. Domini Præsidis* privata manuuctioni lubens refero, exhibere specimen; Graviora, DEO ter Optimò, terque Maximò, cujus auxilium & in hoc opere sollicito, feliciter porrò annuente, posthac, ubi totius eruditionis primis fundamentis suffultus perfectiora legum scita sustentare possum, moliturus.

§. II. His in antecessum pro materiae hujus illustratione præmissis & stabilitis propiùs nos accingimus, & de *Testis unius descriptione* solliciti principio notamus, dictionem, *Unus, Ein* / non unam admittere significationem; aliquando est numeralis; aliquando est nota nominis appellativi & orationis indefinitæ nomini substantivo subjecta. Aliquando in germanica lingua eandem vim habet cum latina distributiva, *Quis v. g. si quis falsum deposuerit testimonium. Wann Einer / ꝛc.* qualis oratio in una & prima persona non consumitur aut finitur, sed ejusmodi dispositio operatur toties, quoties ei contravenitur. Nos hic dictionem unius in *numerali significatione* accipimus, & inde *Testem unum per personam ad fidem de re dubia faciendam Judici adhibitam, & nullum planè Contestem habentem, delineamus.* Ex quò liquidò cuique apparet, discernere nos, nec facere cum iis, qui *testem Unum & Singularem* confundunt planè, & nullum inter hos agnoscunt discrimen. *Singularis* est Testis, qui *Contestes* habet, & solus talia deponit, quæ vel sunt aliorum dictis contraria, vel ab illis diversa. Aliqui testem singularem in illo ab unico differre arbitrantur, quod hic alterò latior pateat, quasi *omnis testis unus sit singularis*, sed non contra *omnis singularis sit unicus*: quod non esse largiendum opinatur Dn. Musæus in *Disp. de Teste singulari sub ejus præsidio Kilovii. an. 1693.* habita in eo nobis adstipulans, quod *testis unus contestem, ut singularis, non admittat.* Mille testes

singulares juxta commune DD. assertum minus probant, quàm unus, ob summam contrarietatem. Classen. *ad Const. Crim. Car. V. art. 66.* Carpz. *in process. Jur. tit. 13. a. 3. n. 45.* Rauchbahr. *p. 2. q. 5. n. 4.* ubi pro voce *potius, minus* legendum, aut *minus* inferendum. Testis unus semiplenè probat & facit locum suppletorio juramento, de quo in *seqq.* sed non singulares, qui semiplenè non probant, neque ad concordiam rediguntur. Reyger *th. Jur. V. Testis n. 12. c. 9. x. d. prob.* Wesenb. *c. 98. n. 15.*

§. III. Cognitò, quis dici mereatur *testis unius*, omnibus aliis mis-
sis, nostri thematis casus arbitrariò ordine subjicimus; Primumque, quò
vulgati dicti, quod disputationis nostræ fert rubrum, infringitur universa-
litas in particulari, deprehendimus in *occultæ sive obscuræ mortis proba-
tione*: quicumque suæ intentionis fundamentum aut in *morte aut vita ho-
minis* ponit, ei, ut mortem aut vitam, ubi contra eam præsumptio. Carpz.
p. 3. C. 17. D. 20. probet, necesse est. Est vitæ probatio facilior, quàm
mortis: mortis cujusque unum tantum est instans, unus locus, vitæ verò
plures loci & plura tempora *l. 56. ff. d. Usufr. l. 8. ff. d. Usufr. leg. l. 68.
ff. ad L. falcid.* Barbof. Locuplet. *L. 11. C. 51. Ax. 4.* Pro vita est præ-
sumptio, cum diu quis vivere præsumatur *ll. all. l. 23. §. 1. C. d. S. Sanct.
Eccles.* (quod aliqui ad *centum annos arg. l. all.* at contra S. Codicis
literam *Psal. 90. v. 10.* Menoch. *l. 6. præf. 49. n. 1.* Carpz. *p. 3. C. 15.
D. 57.* Covarr. *Var. Res. T. 2. L. 2. C. 7. n. 6.* extendunt) & credatur ne-
mo mortuus, *PLN. L. 1. t. 39. a. 3. §. 5.* quâcunq̃ temporis longin-
quitate obstante, licet diligentiori factâ inquisitione ignoretur, ubi quis
moretur. Brunn. *ad l. 7. C. d. Repud. Richt. D. 66. n. 10.* Menoch. *d.
præf. L. 6. præf. 49. n. 17.* Carpz. *L. 2. Jurispr. Conf. D. 166.* Conf. ta-
men eundem *p. 3. C. 15. D. 57.* Mortis ergò probatio, quò diffi-
cilior, eò & clariora, æquè ut in criminalibus causis & aliis *l. f. C. d. pro-
bat.* requiruntur argumenta. Regulariter *mors* probanda *testibus duobus.*
Menoch. *d. ad ipisc. poss. Rem. 4. n. 675.* Mev. *p. 5. D. 134. n. 3.* maximè,
si agatur de gravi tertii præjudicio. v.g. de deferenda hæreditate. Carpz. *p. 1.
C. 16. D. 37.* de nuptiis secundis quæ, nisi de conjugis morte certò constet,
iniri non possunt, *permittendis. c. in presentia. 19. x. d. Sponsal.* Carpz. *decif.
Eccles. 166. L. 2. ib:* So ist unser Begehren / ihr wollet die Suppli-
cantin bescheiden umb zweer Zeugen eydliche Anssage / sich
umbzuthun und solches einzuschicken. *Sp. 1. C. 16. D. 37. ib:* So
ist doch durch dieses einzigen Zeugen NB. Tod / wie recht /
nicht

nicht erwiesen / und beybracht / derowegen desselbigen Ehe-
Weibe sich anderweit zu verehlichen und denen nechsten Freun-
den die Erbschafft unter sich zu vertheilen noch zur Zeit nicht
verstattet werden mag. de aperiendis testamenti tabulis, l. 2. § 4. ff.
testam. quem ad. ap. Attamen nonnunquam ad hos similesque effectus,
& gravissimi præjudicii actus sufficere unius testis effectum communis est
DD. sententia, si scil. is, de cujus agitur morte, in loco aliquo remoto, in
mari, in acie, aut morbo aliquo contagioso dicatur extinctus Nov. 117. c.
11. § aut. hodie. C. d. Repud. Mascard. C. 1075. n. 5. Trentacinq. L. 2. Re-
solut. tit. d. probat. res. 10. n. 4. Mev. p. 5. D. 134. modò hic unus testis sit
bonæ notæ arg. Nov. 117. C. 11. Brunn. ad l. 2. § 4. ff. testam. quem. aper. &
sub juramento deponat, quod interfuerit sepulturae vel ipsum cadaver
viderit. Masc. d. prob. V. 2. C. 1075. n. 6. Carpz. p. 1. C. 16. D. 38. ubi præ-
judicium, & prax. crim. Q. 58. n. 45. Confirmata est hæc sententia jure
Prutenico unius testimonium hic pariter admittente. P. N. L. 1. t. 35.
a. 10. §. 2. ibi wann etwa der Tod eines im Meer oder in weit-
abgelegener Gefängniß / oder in Pest-Zeit umbgekommenen
Menschen zu beweisen kommt / 2c. Testis de auditu non facit pro-
bationem l. 18. C. d. testib. N. 90. C. 2. Mev. p. 7. D. 41. Plus uni de visu,
quàm duobus de auditu testantibus creditur. Sic pariter si de Super-
ventia dubitetur duobus naufragio, aut in acie, peste simul pereuntibus
& unus testis attestetur, hunc supervixisse, hujus unius testimonio est quoque
standum, v. g. filium filiamve puberem ante patrem peste decessisse, mo-
dò & hic de visu deponat, quod mortui filii puberis cadaver, & patrem adhuc
viventem simul viderit. Carpz. p. 3. C. 17. D. 15. ib. Es konte dann die
Magd / so bey ihm allein im Hause gewesen / eydlich erhal-
ten / daß sie gesehen / daß die Tochter des Abends zuvor / und
die Mutter des Morgens hernach verstorben: aliàs in dubio est
præsumptio, patre ac liberis simul peste, naufragio &c. mortuis, patrem prius
decessisse, & filium & filiam supervixisse. L. 9. §. 1. l. 22. l. 16. in fin. pr.
d. Reb. dub. Carpz. all. D. 10. P. N. L. 1. t. 39. a. 3. §. 12. 13. conf. Disp.
inaug. Dn. Hohn. Aldorf. A. 85. De Superventia Præsumptiva ha-
bita. Præterea ubi de levi agitur præjudicio, aut ad pœnam ordinariam mi-
tigandam, & excusationem à crimine v. g. bigamiæ aut adulterii impetran-
dam unius quoque jurati testis testimonio, famâ fortè aut aliis concurrenti-
bus conjecturis, mortem probâsse, videtur sufficere, Tholos. D. 113. n. 1. in f.
Tusch.

Tusch. *Pract. Concl.* 400. L. M. Masc. C. 1078. Brunn. *ad l. 7. C. d. Repud.*
Quæ alioquin de mortis probatione longius hic notari poterant, latius est
persecutus Nauraht *tr. d. Vita & Morte hominum.* ad quem B.L. remit-
timus.

§. IV. Secundum casum efficit *unius de proprio facto*
depositio. Est enim quamplurimorum DD. & maximè Canoni-
starum concors opinio, quam intrepidè in consulendo & iudicando
sequendam esse vult Prosp. Farin. *d. testib. q. 36. n. 207.* teste
Carpzovio *Prax. Crimin. q. 114. n. 55.* testem unum de proprio facto de-
ponentem plenè probare; quam in rem à plerisque citatur *l. 58. §. f. ff. d.*
edilit. Edict. sed uti lex ipsa inspecta penitiùs assertum hoc commune satis
non firmat, ita eidem indistinctè non esse habendam fidem, intrepidè tue-
mur, & facimus potiùs cum Brunn. *ad l. all.* & aliis aſſeclis hanc quæstionem
arbitrariam *arg. l. 1. ff. de jure delib.* iudiciq; committimus, ut benè confi-
derateque tum personarum, quis dicat & contra quem, tum causæ qualita-
tem discutiat, an criminalis, aut civilis? levis an gravis? an irreparabile
damnum & ingens præjudicium alteri per id testimonium inferatur? an
depositio ipsi testi noceat? an aliæ concurrant conjecturæ vel non? an ejus
ullo modo intersit vel non? &c. Personis publicis, juratis, de iis, quæ
partes officii, quo funguntur, concernunt, testimonium perhibentibus fidem
in his tribui non est rationi & juri adversum *l. 5. §. 13. ff. de Reb. Eor. qui*
sub tut. N. 73. c. 7. c. cum parati. x. d. appell. Sic Nuncio Judicii, licet una-
vilis videri possit persona, per approbatam tamen ejus fidem & præstitum ri-
tè ab eo juramentum, creditur in iis, quæ ad officium pertinent, aut sunt
connexa. Menoch. *de A. I. Q. Cas. 112. n. 16.* licet alii non adhibiti testes
v. g. si referat *citasse & citatum personaliter invenisse*, vel referat, *se*
misisse in possessionem, quem Judex mittendum esse pronunciavit *arg. l. 2.*
C. d. Execut. & Exact. lib. 12. Mey. *p. 4. D. 269.* & *ad Jus Lubecense*
L. 1. t. 1. a. 3. §. 17. Brunn. & Gothofr. *ad l. all. 5. §. 13.* *PK. L. 1.*
t. 14. a. 2. §. 5. ib: solchen Grohnen und Bohren steiff geglaubet
werden soll. Si quæ aliena refert, & extra officium, in eo non est ei
æqualis habenda fides, quia in eo non est approbata fides ejus publicè, v. g.
si renuntiet, *se ab illo, quem citavit, esse injuriatum, verberatum, vulne-*
ribus affectum; se ab aliquo fuisse impeditum, ne sibi mandata exseque-
retur. Menoch. *d. A. I. Q. C. 112. all. n. 13. 14. seqq. citationem verbis pro-*
sacibus receptam esse nec reverenter observatam. Brunn. *all. l. 1. & ad*
l. 12.

*l. 12. ff. de testib. in f. Card. Tusch. C. 115. L. N. Mev. all. l. ubi in fine addit, referre quidem Nuncium ea oportere, ac non eadem fide accipi; sub speciali juramento tum esse exigendam depositionem, nec uni soli credi. Brunn. all. l. ubi ex testimonio de proprio facto, commodum, aut incommodum, laus aut vituperium in deponentem redundare posse speratur, aut alia affectionis particularis causa adest Mev. p. 5. D. 65. n. 3. non esse habendam fidem, clarius est, quam ut deduci & textibus juris & DD. allegationibus stabiliri mereatur. Conf. Mev. p. 5. D. 65. n. 2. & p. 6. D. 294. n. 6. D. 403. n. 3. 5. In propria causa nemo Autor, nemo Judex, nemo testis esse potest per juris vulgata, & contra suspectum legitimæ juris sunt prodiæ exceptiones. Dignitatem personæ & alias testium qualitates testimonio quoque fidem conciliare, clarissimi juris textus comprobant *l. 2. l. 21. §. 2. 3. ff. de testib. N. 90. c. 1. c. 32. x. de testib.* nec minus simul causæ attendi qualitatem justum est, quam tutum. Quò causa gravior, eò gravius inde resultans damnum, & quò gravius hoc, eò cautius esse agendum constans est DD. conclusio: In *sanguinis causa* solius unius confessioni de proprio scelere & facto perpetrato, *se esse homicidam* aut *adulterum*, &c. aliis indiciis deficientibus, ubi de delicto non constat, & nulla probatio religionem cognoscentis instruit, non esse standum exque sola unius delinquentis confessione, neminem condemnandum, dilucidè evincere licet ex *l. 1. §. 17. ff. de quest. l. 1. §. 24. ff. ad Sct. Syll.* quod ampliant DD, licet confessio clara sit & cathgorica. Felinus in *c. auditis. col. 6. de prescript.* Carpz. p. 2. Q. 60. n. 8. & p. 1. Q. 16. n. 1. & p. 2. q. 72. n. 52. (vide tamen eundem p. 2. Q. 81. n. 59.) Gabriel. C. L. 7. tit. de malef. c. 17. n. 4. Modest. Pist. p. 3. Q. 117.*

§. V. Ex eo, quod in §. *preced.* dictum, dignitatem personæ testimonio conciliare fidem, fluit tertius nostri thematis casus, quem *publica persone excellens dignitas, singulariterq; approbata* inducit *autoritas*. Quò hominum aliquis post DEUM, qui ipsa est veritas & fides, in mundo est major, & in universi regimine superior, eò majorem debet inferioribus fidem. Brunn. *ad L. 31. ff. de legib.* & eò quoque major ab inferioribus subjectis est ei tribuenda fides. Si pro quocunque bono Viro, (licet omnis homo, teste sacrosancto Codice omni exceptione majore, sit mendax) præsumptio omnis mendacii & mali exclusiva capienda, & nemo id, quod lædit pietatem, honestatem, & à veritatis viâ latum ungvem alienum, facere posse, existimandus sit *l. 15. ff. de condit. & demonstr.* quæ id

B

pro-

propter non meritò capitur præsumptio pro illis, qui speciali vinculo populo devincti, vices DEI in terris gerunt. Principes & Reges intelligimus, quorum assertionibus veritatem & firmissimum pondus non possumus non tribuere, si referant de factis coram se gestis proprio commodò vel interesse remotò. Berl. p. 1. *Concl.* 36. n. 63. & 67. Brunn. *ad l. 9. C. de testib.* Sed in omnibus indistinctè humanæ Majestati & terrarum Domini tribui debere plenam fidem, *uniusque Principis* dictum justificare aut condemnare, neque sacra, neque civilis Lex ullibi præcipit, sed potius divinis & humanis repugnare videtur sanctionibus. Conf. Hieronymi Treutleri *integrū Consiliū* 109. Blandiuntur Principibus, qui eos in mundo, ut *Pontificii Pontifices* contra communem omnium hominum sortem *Psal.* 116. v. 11. Rom. 3. v. 4. statuunt & venerantur infallibiles, peculiari privilegio *de non errando* Pontificibus Romanis in sacra Scripturâ indulto penitus deficiente. Rejicit Innocentius III. Pontifex testimonium *unius* in c. 28. x. *de testib.* & districtius inibet, *ne unius Judicis testimonio, quantuncq; fuerit ille autoritatis, credatur*, sed in fine salutarem hanc pro se addit clausulam: *salvâ in omnibus Apostolica Sedis autoritate.* Pontificis *unius hominis* testimonium in tantum aliqui extollunt, ut omnem in contrarium probationem excludant & tollant. Conf. Masc. *de prob. C.* 139. n. 1. *seqq.* Richt. *ad c. 28. x. de testib.* n. 47. Neque solum Jus Canonicum hoc plenissimi testimonii privilegium indulget Pontifici, sed & Cardinali aut Episcopo: *Testimonium enim ab uno licet Episcopo perhibitum omnes Judices indubitanter accipiant*, sunt verba c. 36. c. 11. q. 1. Nostratibus Sacerdotibus in dicendis testimoniis æqualis non tribuitur autoritas, sed pari hi cum aliis judicantur Jure & processu. *Uni non creditur*, quia lex divina & humana fileat, nec juramentum, quod ab unoquoq; teste ex *l. 9. C. de testib.* præstandum, remittitur, quia nec de eo est privilegium, & infirmum, quod ex auth. *Sed judex C. d. Episc. & Cler.* pro Venerabili Clericorum Ordine allegari solet. Carpz. p. 1. C. 16. D. 69. & *Process. Civil. tit. 13. art. 4. n. 71.* P.N. L. 1. tit. 35. art. 6. §. 3. *ib.* Wann sie gleich obige Form des Eydes abgeleget und geleistet. Excipimus tamen actus ad sacrae functionis partes pertinentes, & solò Sacerdote interveniente gestos. Sacerdoti, quem non deceat ea, quæ ex confessione non ut homo, sed ut DEUS (juxta B. Domini Lutheri sententiam in Coll. Germ. c. 14. fol. 191. rom. Jenens. ibi. *Ich habe nichts gehöret / hat Christus was gehöret / so sage*
Pro /

Ers / ist sie absolviret / da weiß ich D. Martinus nichts umb / ich
 höre nicht / beichte / absolvire auch nicht) *audivit & cognovit, re-*
velare. c. 13. x. de Excess. Prælat. c. Sacerdos 2. de penit. D. 6. Myn-
sing. Cent. 5. O. 41. n. 4. P. N. all. l. asserenti, se habuisse licentiam,
confitentis confessionem revelandi, credendum esse, tradunt. Anton. Ga-
briel. Com. Concl. C. 1. n. 26. ibiq; alleg. Si secularibus juratis personis
publico munere fungentibus v. g. Judici, Secretario, Notariis, aliisque de
iis, quæ coram se in officii terminis gesta sunt, tribuitur fides arg. l. 2. C. de
ponder. Nov. 73. c. 6. c. 23. x. de Elect. Mev. p. 1. D. 118. & seqq. Ber-
lich. p. 1. Concl. 36. n. 75. sine novo juramentò P. N. Lib. 1. tit. 35.
art. 6. §. 3. Cur Sacerdoti, qui salutis æternæ nunquam non creditur es-
se memor de iis, quæ ad officii curam & partem spectant, attestanti fides
pariter tribui non deberet? Notanter autem verba direximus hic ad ge-
sta à partibus in officii terminis, nam si Judex & Notarius, qui vicem
duorum testium dicitur habere. Mev. p. 3. D. 171. n. 3. de aliis testimo-
nium ferre præsumant, huic & illi, ut uni testi, sine contestibus & jura-
mento, non est tribuenda fides. Mev. all. l. & p. 2. D. 155. Conf. Elect.
Sax. Decis. 3. Noviss.

§. VI. Quartum exceptum casum in stando unius testimonio facit *ex-*
pressa inter partes litigantes conventio, legem inducens arg. l. 32. ff. de
R. J. nec minus, ut volunt, præsumptus consensus. Quoad prius arbi-
tratur, & memoratos infra DD. habemus Contestes, expressum pactum,
ut unius testis nominatim electi testimonium in causa civili & arbitrio
partium relicta plenam faciat fidem, esse validum arg. l. 26. ff. de Re Jud.
c. 36. Tuis. x. de testib. l. f. C. de fideicomm. l. 7. ff. de Contr. Empt. Judi-
cemque teneri, ejus sequi asserionem: quam opinionem à Dominis Ca-
meralibus approbatam esse, testis est Mynsing. Cent. 5. O. 26. cui adsti-
pulantur Willenb. ad tit. ff. de testib. th. 32. Gabriel. Concl. 1. de testib.
n. 8. Stryk. tr. de Caut. Sect. 1. cap. 5. §. 22. Covarr. Lib. 2. Res. c.
13. n. 1. Jus Prutenicum hanc conventionem in tantum comprobat, ut &
huic uni, in cujus testimonium consensus, injurato credatur. P. N.
Lib. 1. tit. 35. art. 10. §. 4. ib. Auf eine Persohn / so soll derselben
Deposition und Aussage auch ohne Eyd geglaubet werden.
Neque dictis refragatur, nostramque asserionem satis corroboratam sub-
vertit Divini & humani Juris §. 1. adducta sanctio, & substantialis in judi-
ciis procedendi & per duos testes probandi modus. Manet his intemerata

& sancta autoritas, quatenus electum unius testis testimonium in tertii aut Reipubl. vergit præjudicium Unde *causas* excipimus *criminales*, quæ privatorum arbitrio non subjacent, nemine membrorum existente Domino, l. 13. pr. ff. ad Leg. Aquil. cum & ad mortem festinanti præcludatur via invito l. 6. ff. de appellat. & ibi Brunn. Nemo peritorum Judicium, condemnabit reum, mori sponte paratum, si contra ipsum accusator unum tantum producturus sit testem. Felinus in c. cum venisset. n. 4. x. de Testib. Benè contra reum ex mutuo conventum pronuntiabit *solu- tionem 1000. Imperial. in casum probationis per unum testem factæ offeren- sem.* Etenim si debitor & sponsor liber rerum suarum moderator atque arbiter l. 21. C. mand. indebitum sciens plane solvere & donare l. 53. ff. de R. J. valeat, cur non promissio putativi debiti foret valida testimonio unius vallata: huc facit omninò & eleganter Jurisconsultiss. Strykii con- clusio in Tr. de Cautel. Contr. Sect. 1. cap. 5. n. 22. *Quòcunque casu à lite in totum discedere & jus meum adversario cedere vel remittere pos- sum, eò casu qualibuscunque processibus partibus renuntiare licebit.* Substantia testimonii in testis juramento ponitur l. 9. C. de testib. c. 39. § c. 51. x. de testib. Creditur tamen & testi injurato, si partis accedat consen- sus c. 39. x. de testib. Mynsing. Cent. 3. O. 80. n. 6. *M. N. Lib. I. tit. 35. art. 6. §. 1. Aier. in process. p. 2. c. 8. O. 3.* quod iterum interpretamur de causis privatis & pecuniariis, non verò criminalibus. Gail. l. 1. O. 101. n. 2. Brun. ad l. all. 9. C. d. test. Mev. p. 4. D. 76. Rectè inde ad va- lorem testimonii per unum testem ex partium consensu concluditur. Ju- dicitis voluntas sola non potest uni plenam tribuere fidem, imò nec Principi nec Pape conceditur dispensandi facultas, ut uni credatur testi in alterius præjudicium. Ludov. Rom. sing. 715. Quæ partibus licent, non æquè Judici licere, est manifestum, neque exemplorum indiget inductione. His præmuniti non inconvenienter ulterius hic indigamus, utrum, quod ex conventionem privatorum & consensu partium plenum sortitur robur, idem quoque per legem statutum aut consuetudinem induci universa- liter possit, *ut in quacunque causa uni testi indistinctè credatur, plenaque accommodetur fides?* & annon potius hujus tenoris sanctio & consuetudo irrationabiliù numero adscribi mereatur? Humanam scriptam legem contrarià lege aut tacito consensu mutari posse, non dubitamus asse- rere claris l. 32. ff. de LL. §. 11. J. d. J. N. G. & C. testimoniis convicti: ex quo & promptè in hujus de valido unius testimonio controversiæ decisio-
ne

ne affirmativa calculum nostrum adderemus, nisi Divinae Sanctionis, quae Nullius Principum potestati & liberae mutationi subiacet, quaeque, quaecumque temporis accedente antiquitate, immutabilis persistit & impraescriptibilis, refragaretur autoritas N. testamenti repetita per *text. supra cit.* Non est, quod satis notum, Principis, nec ullius hominis, adeoque nec Pontificis Romani, qui utique Deo omnium supremo est habendus inferior, Legem Divinam tollere: Sunt Legum Divinarum custodes, non Domini, Principes in terris constituti: sane intolerabile est, aut ut durius dicamus, irrationabile, *inferiorem non vereri tollere legem Superioris*: ligatas in legibus Divinis Principes & Domini terrarum habent manus. Quod expressa non potest Superioris sanciri lege, nec diuturnis utentium potest induci moribus. In pari quoad hoc ambulant passu *lex & consuetudo*. Schnobel. *disp. feud. 1. tit. 2.* Ekolt. *tit. ff. de Legib. Sect. 6. 24.* Obtinet adhuc illud antiquum: **Sundert Jahr unrecht / ist keine Stunde recht.** Nobis itaque haec stabilis manet sententia, neque per Principem, superiorem non recognoscentem, neque statuto aut consuetudine generaliter introduci posse, ut in *singulis negotiis & causis plenissime credatur Testi uni*, ejusque testimonio stet justificatio & condemnatio. Habemus consentientes hic Ant. Gabriel. *d. Concl. 1. n. 5. 6. 11.* Mev. *ad Jus Lub. lib. 1. tit. 1. art. 3. §. 11.* At in uno alterove singulari casu uni testi, gravi viro & in dignitate constituto, lege statuto aut consuetudine permittente, tribui posse fidem, facile largimur cum Mev. *all.* Suffragantur nobis exempla §. precedenti adducta. Suffragatur clarus Juris Lubec. textus *Lib. 1. tit. 1. art. 3. §. 16.* **Wann Rahts-Persohnen bey Sachen Sandeln und Testament gewesen / davon ein oder mehr bis auf einen verstorben wurden seyn / so soll des überbleibenden Zeugniß so viel gelten und Krafft haben / als sonsten ihrer zween.** Nec in alio negotio abludere videtur Jus Hamburgense *p. 1. tit. 28. §. 25.* *uni Senatori*, lite à duobus amicabiliter transacta aut composita, fidem tribuens, verba ita habent: **Wann zween Rahts-Persohnen zu einer Sachen vom Raht deputiret seyn / und dieselbe gülich vertragen wird / stürbe darnach einer von denselben: So mag der Lebendige wol allein Kundschaft geben &c.** Quoad *presumptum consensus*, cujus initio hujus §. est injecta mentio, putant DD. quidam, *testem unum ab Actore productum contra producentem.*

plenam inducere probationem, cum producens non possit reprobare
vel personam, vel dictum testis à se producti arg. l. 7. ff. de bonis libert.
l. 12. C. de Assess. & Domest. Mev. p. 4. D. 20. n. 7. etiamsi contrarium
sibi deposuerit, cum ejus fidem producens semel elegerit. Bocer. D. 245.
Aier. Procel. p. 2. c. 11. inf. quod ampliat Gabriel. L. 1. d. testib. c. 1. n. 14. li-
cet tantum de credulitate deponat. Sed huic DD. assertioni simpliciter
subscribere dubitamus, inde, quod nulla lege legamus cautum, non licere
excipere contra dicta testis à se producti, ejusq; allegata oppugnare.
Contra testis personam non licet producenti opponere per l. 17. C. de testib.
quia scire potuit producens, an testis esset habilis, an minus, sed non potuit
scire, quid esset dicturus. Pro persona testis producti est producentis con-
sensus, sed non æquè pro ejus dictis. Conf. Brunn. ad l. 17. C. de testib.
Masc. de prob. C. 1235. n. 26. Consentit Jus Prutenicum exceptionem pro-
ducenti contra personam producti testis denegans, sed non contra ejus di-
cta. P. N. Lib. 1. tit. 35. art. 14. §. 2. §. 5.

§. VII. Quintum casum Testatoris inducit *Voluntas*, cujus so-
lius dispositioni statur, quamque benignè interpretari, & secundum id,
quod credibile est cogitatum, l. 24. ff. de reb. dub. sanctè adimplere con-
venit, & Reipublicæ interest. l. 5. ff. test. quemad. aper. Farin. de testib.
q. 63. n. 39. Gabr. C. 1. de testib. n. 29. Colligunt hoc DD. ex l. 14.
ff. de dote pral. §. 1. 25. ff. de Reb. dub. Edocemur citatis textibus, *libe-
rum esse debere*, quem hæredi Testator dixit, *se velle esse liberum*, *dotis-
que prælegata quantitatem juxta ejus solius*, qui testatoris mentem scit,
assertionem deberi ll. cit. Inferunt inde DD. ad quodcunque Legatum,
imò etiam, dum identitatis rationem subesse putant, ad hæredis institutio-
nem, voluntatemque Testatoris exitum habere contendunt, si fortè his at-
que similibus verbis postremum suæ voluntatis reliquerit judicium: *Quem
hæredi Cajo dixero, huic hæres Sempronius 100. dato; Hæres meus esto,
quem Titio in secreto nominavi, & Titius juratò* l. all. 14. nominet hunc.
Castrenf. in L. 38. n. 2. ff. de Cond. & demonstr. Card. Mant. de Conje-
ctur. ult. Vol. 1. 4. r. 3. n. 12. Debet quidem esse certa tum persona hæ-
redis, tum legatarii. Sufficere tamen, si ex eventu aut ex alterius de-
claratione certiorari possit, evincit l. all. 25. ff. de Reb. dub. l. 1. C. de in-
sert. pers. §. 25. 26. 27. 7. de legat. l. 24. ff. de legat. 2. l. 67. pr. ff. eod.
Conf. Brunn. ad l. 25. §. 1. 14. all. Ubi rectè monet, non esse hæc nimis
generaliter accipienda, ubi ex aliis conjecturis & circumstantiis verosimi-
lis

milis defuncti non apparet voluntas: quod ipsum & citati ambo textus, alter *re ipsâ*, alter *verbis disertis* exprimit; *testatoris voluntas*, si quibusdam argumentis apparebit, de quo dixit, *adimplenda est. l. 25. all. in l. 14. all.* concurrat *aqualitas inter filias observanda*, quam Pater observare voluisse præsumitur. Possunt quidem Parentes inter liberos disponere inæqualiter arg. *l. 21. C. Mandati*, non obstante *§. 2. §. de hæred. qual. & diff. l. 11. ff. de liberis & postb.* sed in dubio id fecisse, propter æqualem in liberos amorem non est præsumendum. *N. 18. c. 6.* Præsumitur Patris voluntas, ut deducit *Mev. p. 7. D. 42. p. 2. D. 118.* quod filias voluerit æqualiter dotatas atque elocatas, & inde ex unius dote & elocatione sumitur argumentum ad dotem & elocationem cæterarum.

§. VIII. Sextum casum facit *plurium testium defectus*, si difficile aut impossibile sit, plures haberi posse arg. *N. 7. c. 3. §. 2. in m. ib:* aut etiam unum, si unum solum civitas habeat: Gabriel *Concl. 1. de testib. n. 25.* Absit autem ut hoc generaliter intelligamus, quasi in omnibus casibus plurium testium defectus unius testimonium suppleat. Planè non invenit hoc locum in *criminali causa.* *Brunn. ad l. 9. C. de testib. Ant. Math. ad L. 48. ff. tit. 15. c. 3. n. 2.* neque in negotiis, quæ pro *solennitate & ordinaria probatione duorum*, aut *plurium* testium requirunt copiam, & illo tempore, quo testium non defecit numerus, potuerunt peragi. Non adèd inelegans trahitur exemplum à *testamento*, à *Cive*, aut *Urbico*, in itinere forte, aut via vel prædio, ubi ordinarius testium numerus convocari non potuit, coram *uno* aut *duobus* confecto, quod summo jure non valere arbitramur, erubescens sine lege loqui. *N. 18. c. 5.* Æquitatem respexit *Mevius* ad *Jus Lubec. p. 2. tit. 1. art. 2. n. 59.* seqq. add. *Struv. Jurispr. R. G. F. lib. 2. tit. 16. §. 12.* In nulla lege hic privilegiatus testandi est expressus modus: peregrinanti, qui *testamentum* facere non potest, consultum est, ut *Codicillos* faciat, exemplò *Lucii Lentulii* in *Africa* decedentis *pr. §. de Codicill.* sed & hi inter ordinationis solennitatē *quinque* testium subscriptionem præcisè requirunt. *l. f. §. f. C. de Codicill.* Prudentes Viri, ne contra voluntatem moriantur intestati, & pereat eorum *seria & ultima voluntas*, eò tempore, quo nec testium numerus, nec aliud quippiam ex solennibus deest, ultima disponunt. *Carpz. p. 3. C. 4. D. 14. in f.* Contractuum celebrationes & ultimarum voluntatum dispositiones non habemus ratas, & contradictore existente firmas, si legitima & justa deficiat probatio. Cautè est testandum, cautè contrahendum:

In-

Interest testantium & contrahentium, ne *omne verbum* aut *contractus* sit, aut *testamentum*. Egregiè huc collimant Divi Trajani ad Catilium Severum Rescripti verba in §. 1. *J. de Milit. testam.* *Ceterum si, ut plerumq; sermonibus fieri solet, dixi alicui, ego te heredem facio, aut bona mea tibi relinquo, non oportet hoc pro testamento observari &c.* Notatur Domitianus alienissimas hæreditates occupans, vel unò existente, qui diceret, audivisse se ex defuncto, cum viveret, hæredem sibi esse Cæsarem, Sveton. in *Domitian. cap. 12.* Melior & laudabilior longè fuit mens æquissimi Imperatoris Divi Pertinacis, qui speciali oratione, teste Imper. Justiniano in §. 8. *J. quib. mod. test. inf.* expressit, *se ex nuda voce hæredis nomen non esse admissurum, neque ex ullâ scripturâ, cui Juris auctoritas desit, aliquid adepturum.* Quod & alii Principes boni secuti, legibus, quibus soluti, ultrò vivere volentes *all. §. add. l. f. ff. qui test. fac. pos. l. pen. ff. de hæred. Inst. l. 22. §. 2. ff. de Jure Fisci.* Eo tamen casu quo ipsa lex aut consuetudo *uni testi* propter plurium defectum, tantum, quantum duobus, ex justis circumstantiis tribuit, unius quoque testimonio est standum Judici, cujus est non aliter judicare, quàm Legibus Constitutionibus aut moribus est proditum *pr. J. de off. Jud. c. 3. Dist. 4.* Licet rem illustrare ex articulo 149. *Const. Crim. Car. V.* cui Juris Prutenici sanctio accedit *Lib. 1. tit. 35. art. 10. §. 3.* Hodie ex quo *inchoata* crimina non eâ, quâ *consummata.* Carpz. *p. 1. Q. 2. n. 51. & p. 1. Q. 17. P. R. Lib. 6. tit. 5. art. 1. §. 14.* sicut Jure civili *l. 1. l. 14. ff. Gl. 7. C. ad Leg. Cornel. de Sicar. l. 1. pr. ad L. Pomp. de parrie. l. un. C. de his qui Par. vel liber. occid. §. 6. J. de pub. Jud.* puniuntur poenâ, non decernitur ordinaria homicidii poena, nisi de *vulneris lethali* tate, unde immediate mors subsequuta, satis luculenter constet: quò fine non est in criminali homicidii judicio *vulneris inspectio* negligenda, sed omninò ante sepulturâ ritè peragenda, ne eâ posthibitâ, corpus iterum, maximè si vulneratus post infertitium aliquot dierum expirârit, nec in continenti, *aufm Plaz oder auf frischer That* / ense ceciderit, effodi necesse sit, aut efficiatur temerè, ut poena ultimi supplici remittatur occisori. Damhaud. *Pr. Crim. c. 75. n. 1. Class. ad art. all. 149. Stryk. in tr. de Jure sens. D. 1. c. 3. n. 21.* Rite verò tum demum inspectionis vulneris peragitur actus, si necessariæ adhibeantur personæ, *Conf. all. art.* quos inter Jure Criminali Carolino & Prutenico *duo Chirurghi sive Medici & duo Scabini P. R. Lib. 6. tit. 5. art. 1. §. 21. ib:* Zum wenigsten zween unargwöhnliche

sche Zeugen oder Schöppen / Conf. omninò Carpz. p. 1. Q. 26. n. 32. Quoad Medicos in utroque jure est addita limitatio, ut unius periti jurati Medici aut Chirurgi testimonium super vulneris lethalitate sufficiat, si duorum copia non detur. all. art. P. N. Lib. 1. tit. 35. art. 10. §. 3. ib. wo auch an einem Ort nicht mehr dann Ein Medicus und Arzt ist / dem mag alsdenn / sofern er eine jurata persona, in seiner Kunst ic. geglaubet werden. Conf. Stryk. all. l. n. 21. Carpz. in Pr. Crim. Q. 26. n. 35. Emer. à Rosbach. act. Process. Crim. l. 5. c. 9. n. 14. ubi allegat generaliter, quod de consuetudine unius de vulnere & ictu testimonio stetur. Quo unus hicce Medicus arctiori adstringitur obligationis vinculo, fortè quod in communem Civium curam receptus publicò remuneretur stipendiò, & in arte sua peritior, eò major ei fides à Judice haberi potest. Clasen. ad art. all. Harpr. ad §. 15. §. ad Leg. Aquil. n. 21. ibiq. alleg. DD. add. disp. D. Kleinen / de Diebus Criticis, von den Gefahrz Tagen / cap. fin. Rostochii habita. Si duobus æquè peritis Medicis (aliàs peritioris judicio standum) adhibitis, unus affirmet, & alter vulneris lethalitatem neget, nec aliorum judicium consulendi & exquirendi detur fortè copia, neganti potius, quàm affirmanti adstipulabitur Judex, extraordinariam pœnam dictitaturus. Oportet sequi sententiam mitiorem l. 34. ff. de R. I. l. 42. ff. de pœn. c. 49. de R. I. in 6to: faciliùs erit in summo & extremo judicio misericordiæ, quàm crudelitatis reddere rationem. Sub hac nostra limitatione, si plures testes non possint haberi, referunt quoque DD. casus sequentes. Uni Judæo vel alii interpreti credi in interpretanda lingua Hebraica, Græca, Chaldaica, Gallica &c. Gothofr. ad l. 1. in f. ff. de Verb. oblig. de quo juris articulo latius videri meretur Dn. Bartchen / Secretar. Disp. sub præsidio Jurisconsultiss. Dn. Strykii Wittebergæ A. 91. de Negotiis per Interpretem gestis, habita c. 2. n. 36. Uni obstetrici credi, an puella sit prægnans, uni Pastori pecorum credi de mutilatione vel conculatione ab alio factâ. Berl. p. 1. C. 36. n. 64. Gabriel Comm. Concl. 1. de Testib n. 39. Thom. tr. de noxa animal. c. 8. Conf. Jus Sax. L. 2. art. 54. Daß dem Hirten von seinem Vieh allein geglaubet werde / weil gemeiniglich nicht mehr bey dem Vieh dann Ein Mann zu seyn pflaget.

§. IX. Septimum casum, in quo unius testimonio validè stetur,
C & tri-

& tritum in rubro expressum fallat, quærunt DD. in causis *summariis & brevioribus*, in quibus simpliciter & de plano sine strepitu, absque figura Judicii, absque solennis libelli oblatione, satisfactione, Gvarandæ præstatione, & absque solenni litis contestatione proceditur, observatis tantùm *substantialibus processibus* Jure naturali aut gentium inductis, quæ & in judicio militari, im *Krieges-Recht* / admittenda. Mev. p. 8. D. 92. *clement. sepe de V. S. v. g.* cognitione causæ, citatione, aliquali responsione, probatione. Carpz. p. 1. C. 2. D. 17. Sed hæc probatio, an per *unum testem* hic plenè fiat, in brevem nunc trahimus disquisitionem. Jctus Berlichius p. 1. C. 36. n. 58. *Sibi all.* DD. Gabriel *Concl. 1. de Testib. n. 41. ibiq;* citati in *summariis* causis *unius testimonio* plenum tribuunt pondus, aded, ut juxta assertionem Reigeri *Theol. Jur. V. Testis. n. 116.* juramenti suppletorii delatione hic non sit opus. Enim verò, cum *causæ* quæ *summario* ventilantur *processu*, non sint omnes *ejusdem qualitatis* & aliæ cum majori, aliæ cum minori conjunctæ sint præjudicio, dubitamus, indiscriminatim huic subscribere opinioni, postquam in §. 1. jam asseruimus, in *pia causa, matrimoniali & testamentaria*, quæ *summariâ* via tractantur, duorum opus esse testimonio. Potiùs *arbitrio Judicis* personæ qualitatem, causæque gravitatem benè discutientis, committimus, an *unius testimonium* sufficere possit vel minus? In judicio *momentaneo, summariissimo* possessorio, quod est abs ordinario sive plenario distinctum. Carpz. p. 2. C. 8. D. 15. Rauchb. p. 2. Q. 6. n. 61. *seq.* non reluctamur, probationem semiplenam per *unicum testem* factam admitti posse. Carpz. *all. D. 16. & L. 3. tit. 9. R. 94.* Menoch. *de Recup. Possess. remed. 15. n. 413.* Brunn. *ad l. 12. ff. de testib.* Mev. p. 8. D. 492. Est enim levissimi præjudicii, Carpz. *all. l. Conf. tamen eundem L. 1. R. 12. & preparatorium* tantùm *judici possessorii principalis.* Carpz. *all. l.* Ex quo etiam in hoc *summariissimo* judicio *testibus injuratis*, qui non tam ad probationem, quàm ad Judicis informationem hic adhibentur, contra *l. 9. C. de testib.* credi vult. Carpz. *l. all.* Masc. *de prob. C. 1362. n. 15.* quod improbat Mev. *all. l. & ad contrarium fori usum* provocat. Non desunt DD. in *retinendæ & recuperandæ possessionis interditiis* per *unum testem* probationem esse admittendam, asserentes, quibus omnibus contradicit Menoch. *all. l. & Fachin. L. 8. c. 16. Irrepfit*, inquit, *vulgaris quedam opinio possessionem probari posse unico teste, quia modici est præjudicii, de qua confutanda, non tam laborandum videtur, quàm metuendum,*

endum, ne illam sequamur ob multitudinem Auctorum. Autoritati & multitudini DD. opponit *all. l. Fachineus* auctoritates aliorum, Afflicti, Pontani, Gailii, Mascardi, negantium, *unius testimonium* sufficere possessioni probandæ. Jure *Prutenico*, duobus de possessione contendentibus, exacta aded non requiritur probatio, sed facta summaria informatione per *unum testem*, aut duos, etiam *injuratos*, Judex decernit, apud quem rei, de qua contentio, debeat esse possessio *PN. Lib. 3. tit. 5. art. 2. §. 5. ib. als da sind Eines oder auch mehr Zeugen wann gleich unbeschwornen Aussage.* Ad hoc, ut quis in possessione defendatur, unicum actum sufficere. *arg. l. 1. §. 4. ff. de aqu. quot. & est. defendunt DD. Schrader de Feud. p. 5. c. 2. n. 16. Harpr. ad pr. Inst. de Usucap. n. 245. Wesenb. C. 18. n. 18. Mev. p. 7. D. 168. seq. Brunn. ad l. all. & ad l. 8. §. 3. ff. Si servitus vindicet.*

§. X. Octavum casum sistit *Innocentia & Defensionis favor*, qui qualis, inque quantum sit productus, irregularia illa circa ejus probationem in criminalibus judiciis recepta satis testantur. Multa hinc, alias non permilla, permittuntur *Gail. l. 1. de Pac. publ. c. 18.* Admittuntur testes alias minus idonei: *domestici & Consanguinei, frater pro fratre affinis pro affine, Civitas pro Cive, Dominus pro subdito &c.* *Gail. all. Berl. p. 4. c. 14. n. 18. Conf. tamen Gomez tom. 3. Resolut. c. 12. n. 23. testes de credulitate deponentes. Berl. all. n. 25. Gail. all. n. 22. laborantes paupertate. Aier. hist. process. p. 1. c. 7. O. 2. n. 29. negativus, quam affirmantibus plus creditur. Gail. all. Wesenb. c. 19. n. 40. nova testium productio post *diducta testificata*, postque *causa conclusionem* admittitur. *l. 18. §. f. ff. de quest. Myns. c. 5. O. 13. n. 4. Gail. l. 1. O. 107. n. 11. & de Pac. publ. c. 18. Rauchb. p. 2. q. 3. n. 18.* quibus nos pro thematis nostri ratione superaddimus, quod ad innocentiam probandam, ut reus ab ordinaria liberetur poena, *unius testis* sufficiat testimonium. *Masc. d. prob. c. 490. in f. Carpz. p. 1. Q. 33. n. 44. Gabriel. Com. Concl. c. 1. de testib. n. 35. Cum hic quaelibet femiplena ficta & imperfecta probatio pro plena & sufficienti habeatur Carpz. all. l. n. 47. & p. 3. Q. 114. n. 56. Wesenb. all. l. Gail. all. l. Masc. c. 490. n. 8.**

§. XI. Nonum casum in medium producit *cessas Tertii ex testimonio unius prejudicium.* *Rittersh. de diff. J. C. & C. l. 5. c. 21. v. g. Si testis unus, Christianus tamen & fidelis, attestetur aliquem esse bapti-*

zatum, cujus unius testimonio statur, nec baptismus repetitur, si de eo ex unius constet testimonio *c. 112. d. Consecr. D. 4. ib. indagate, utrum nemo peritus sit, qui testimonio suo juvare possit ignorantiam nascentis*, Felinus in *c. Veniens X. d. testib. n. 18. v. secundo in quantum dicit*. At ubi tertii quoad hunc articulum, *an quis baptizatus*, verlatur præjudicium, unius testimonium haud videtur sufficiens: v. g. si aliquis sit rogatus restituere hæreditatem, *si esset Christianus & baptizatus*: aut si sponsalia sub hac conditione inita, *Ich wil dich zur Ehe nehmen / so fern du dich zum Christenthumb bekehren wilt* *P.L.R. L. 2. t. 1. a 3. §. 5.* de quò plenè & legitimè constare debet. Quò fine & in nostris Ecclesiis plures unò, si horum copia detur, Carpz. *L. 2. D. 268. n. 9. 10.* baptismali actui adhibentur Patrini testes, & habitò lexis discrimine, modò *duo femine, & unus masculus*, modò *duo masculi, & una femina*, quem ternarium testium numerum solius lucri causa transgredi, & sanctum sacramentum in turpem quandam & avaram nundinationem, aut quæstum convertere, turpe est & injustum Carpz. *Jurispr. Conf. L. 2. D. 268. inf.* Jure Canonico ex decreto Iginii & Leonis Pontificum non plures ad suscipiendum ex baptismo infantem debent accedere, quàm *unus*, sive vir sive mulier. *c. 101. de Consecr. D. 4.* Et licet ab hoc interdicto jam olim iterum fuerit recessum, ut ex *c. f. de Cogn. Spir. in. 610 & c. f. c. 30. q. 4.* cognoscitur; In Concilio tamen Tridentino. *Sess. 24. c. 2. d. Refor. matrim.* denuò fuit conclusum, ut unus tantum, sive Vir sive Mulier, vel ad summum unus & una ad baptismum accedant. Idem adhuc in *aliquibus locis* obtinere, asserunt Carpz. *all. D. 268. Rittersh. all. Finkelth. L. 1. c. 17. q. 93. inf.* Ad hanc classem trahunt etiam *tituli Doctoris impetrati* probationem, si nullius sublit præjudicium, quod hic abesse facile non potest: ubicunque enim in illo honoris gradu constitutus versabitur sine dubio privilegia & jura independentia sibi vendicabit, quorum usurpatio in aliorum vergit præjudicium, ubi quis legitimè se promotum non ostenderit, cujus rei probatio eò facilior, quò plures hujuscemodi renunciationibus publicis & solennibus intersunt spectatores & testes.

§. XII. Decimum casum efficit *peccati aut scandalì evitandì studium*: in dubio aut *dubiâ conscientia* ab illo actu, qui peccatum post se relinquere posse putatur, esse omninò abstinendum, nemo, veris Moralistarum circa dubiam conscientiam imbutus principiis, inficiabitur.

Conf.

Conf. omninò Grot. *d. 7. B. & P. l. 2. c. 2. 3. n. 2.* In prohibito jure Divinò gradu non licet, nec decet contrahere matrimonium, nec est Principis dispensare, imò ne tum quidem, *ubi saltem dubium, an casus sit dispensabilis*, quia in dubio consulendum est conscientis, omnittendumque id, quod dubiam reddere potest conscientiam, sive dispensantis sive eorum, qui dispensationem impetrant. *Mev. P. 8. D. 151.* Cujus intuitu & Jure Canonicò est inductum, ut *uni de consanguinitate testanti* ad impediendum matrimonium & evitandum peccatum plena tribuatur fides. *c. 12. c. 27. X. de spons. c. 22. X. de test. & attest. Berl. p. 1. c. 36. n. 65. v. g.* Si filia velit contrahere matrimonium cum Titio, & mater asseveret illum esse Consanguineum: Præstat ab initio potius impedire matrimonium, quod contractum difficulter solvitur: Quædam ab initio impediuntur, quæ perfecta non dissolvuntur. Non omnes causæ quæ impediunt contrahendum matrimonium, solvunt contractum. Exempla petere licet à consanguinitate & Religionis diversitate: quæ deducere non est hujus loci.

§. XIII. Hi sunt potiores casus, in quibus juxta communem DD. opinionem, tritum rubri nostri officium perdit & ejus autoritas minuitur. Superest, ut videamus, quid in aliis causarum figuris, & casibus unius testis omni Exceptione majoris (qualem DD. *feminam* non habent *c. forma in f. X. d. V. S. Wesenb. Conf. 98. n. 10. Reyg. thes. Jur. V. Juramentum. §. 121.* cui minus, quàm *Viro* creditur. Conf. *Carpz. p. 1. c. 22. D. 18. PLX. L. 1. tit. 35. art. 8. §. 16.* operetur jurata depositio; Cum per *duos testes* omni exceptione majores plena fiat probatio *l. 12. ib. ff. de teste non inconcinne à contrario inferri posse videtur, per unum testem fieri probationem semiplenam.* *Faber. in C. L. 4. T. 1. D. 4. n. 8. D. 18. n. 7. Lauterb. tit. ff. d. probat.* Adstipulatur benè in hac argumentatione Jus Prutenicum *L. 1. tit. 38. §. 1.* Equidem non ignoramus, à quibusdam DD. hoc *argumentum* tanquam *ineptum*, & hanc *distinctionem*, ut *commentitiam* rejici, & pro *monstro* haberi, *Donell. 24. Com. 18. n. 3. Duarenus. Secund. disp. anniv. 23. Conf. Willenb. p. 1. D. 43. ib. 3. Coll. Jur. Arg. tit. de probat.* attamen cum distinctio illa non obscure ex Legibus Romanis adstrui possit, teste *Schnobel. D. 13. ib. 16.* & à magni nominis anterioris & hujus ævi Jctis & Practicis in Consiliis, Responsis & Decisionibus sit adhibita, forensique usu hîc, *PLX. all. 1.* & alibi recepta, potius eam tantâ firmatam autoritate recipimus, illâque subnixi defen-

dinius, *unicum testem*, omni exceptione majorem *sempiternam* facere probationem. Carpz. p. 1. C. 23. D. 4. Berl. p. 1. C. 36. n. 111. Conf. Mynf. C. 1. O. 68. § 93. ita, ut Judex absolvere tunc, & condemnare minimè debeat. Mev. p. 4. D. 5. n. 1. Sed potius vel *ex officio*, nemine petente l. 31. ff. de jurejur. l. 3. C. de Reb. cred. Carpz. p. 1. C. 23. D. 1. P. L. R. L. 1. tit. 40. art. 3. §. 7. Jus Hamburg. p. 1. tit. 34. art. 16. ib. Durch einen glaubhaften Zeugen ic. soll doch zu rechtlichen ermessen stehen ic. vel eò magis *ad partis instantiam*, juramentum *suppletorium*. modò Actori, modò Reo Carpz. all. D. 6. remediò ordinariò non suppetente Mev. p. 7. d. 376. n. 5. deferre possit, imò debeat, nisi velit eò non delatò, appellandi gravamen parti inferre. Mev. all. p. 3. d. 417. Non tamen hæc ita in univèrsum intelligimus, quasi judex factà per *unum testem*, *omni etiam exceptione majorem* sempiternam probatione in *omnibus indistincte causis* dubiis. Conf. Vinn. in Q. illust. L. 1. q. 44. ad juramentum *suppletorium* confugere, illique, qui per unum testem probavit, idem imponere valeat. Moderamus dicta & segregamus causas *criminales*, in quibus non ad pœnam pecuniariam, sed capitalem aut corporis afflictivam agitur, arbitramurque, accusatorem minime esse audiendum cum juramento *suppletorio*, si reum criminis v. g. homicidii, ade ulterii &c. accusatum unius testis omni exceptione majoris testimoniò habet convictum; cum in hujus generis causis ad condemnationem per l. f. C. de prob. requirantur probationes luce meridianam clariores. L. 16. C. de pœn. l. f. C. Si ex fals. instr. P. L. R. L. 1. tit. 38. §. 3. Menoch. de A. J. Q. c. 5. c. 464. n. 1. Lauterb. tit. ff. d. jurejur. Hoc tamen *unius omni exceptione majoris*, aut *invulnerabilis* testis, in quo nulla inhabilitas, nullusque defectus, testimonium in *causis* hisce *sanguineis* operari largimur, ut reus accusatus talique qualificatò unò teste, de ipso delicto aut actu immediato sive ipso visu criminis perpetrati verbis directis deponente convictus, ad *questionem* aut *torturam* trahi possit, sufficienti ex hujus *unius testimonio* ad eam existente *indiciò*. Nec sententiam hanc, quin Juri Carolino & Prutenico conformis sit, quisquam, nisi contra disertos & apertos textus pugnare & temerè loqui ausit. Conf. C. C. C. V. art. 30. § 23. P. L. R. L. 6. tit. 2. a. 2. d. 2. §. 6. ib. So aber die Haupt-Sache mit einem guten Zeugen ic, in dubium vocabit. Non debet hic ad torturam impositionem confundi *ipsius delicti & indiciorum* probatio: Probatio *indiciorum* præcisè *duos* requirit testes; at probatio *delicti* quoad Torturam

unum

unum admittit. Conf. all. C. C. crim. a. 20. 23. § 30. P. L. R. all. l. §. 6. ib. Es soll aber eine jede gnugsahme Anzeigung / darauf man peinlich fragen mag / mit zweien guten Zeugen bewiesen werden. Carpz. p. 3. Q. 121. n. 13. Hahn ad tit. ff. d. quest. n. 7. Zæl. eod. n. 13. Schnobel. D. 24. th. 25. Quod jus Romanum spectat, non omnes DD. concordem foveant opinionem, quippe quamplurimi *unius* testis testimonium, ut ad torturam haud sufficiens propter l. 20. ff. d. quest. rejiciunt, Wissenb. p. 2. ff. D. 37. th. 7. Boccr. in tr. d. quest. c. 3. n. 22. Matth. d. criminib. c. 3. n. 9. 10.

§. XII. His adjungimus causas, quæ criminalibus comparantur, quales *famosæ* l. 8. §. 2. ff. quod met. caus. & causæ civiles *ardue*, magnum damnum Reo, & magnum commodum juranti afferentes, pro arbitrio judicis determinandæ. l. 21. ff. d. Exc. Tut. c. 1. §. illum autem. de restit. spoliat. in 6to, in quibus factâ per *unum* testem probatione juramento suppletorio locum relinquere dubitamus. Sic de *dolo*, de *injuria* &c. agens, & dolum & injuriam unô teste probans non potest audiri, si petat, ut sibi in plenæ probationis supplementum, juramentum deferatur, quô præstitô, reus foret condemnandus, & infamaretur, qualis procedendi modus *Jure Civili* non probatus, & *Jure Prutenico* planè reprobatus. P. L. R. L. 1. tit. 40. art. 3. §. 6. ib. Klag aus begangenen Betrug / Schmähung. 1c. Cui asserto, quod jus civile attinet, reclamare videntur textus in l. 6. §. 4. ff. d. his qui not. inf. l. 18. C. Ex quib. caus. infamia &c. l. 9. §. 2. l. 11. inf. pr. ff. d. jurejur. c. f. inf. pr. X. Eod. quos resolutos exhibet Berlich. p. 1. C. 54. n. 17. seqq. eosque de juramento, non auctori, sed Reo ad purgationem & deducendam innocentiam delatô, accipit.

§. XIII. Cum *matrimoniales* causæ sine dubio sint *ardue* c. f. X. d. procur. in 6 cum indissolubili nexu conjunctæ. §. 1. 7. d. Patr. Potest. & quoad juris dispositionem criminalibus comparatæ. Gail. l. 2. O. 94. Fransk. tit. ff. d. jurejur. n. 70. all. DD. non censebimur errare, si non minus causas *matrimoniales* excludamus, & non infimi nominis Jctorum Gail. all. l. Berl. all. Lauterb. all. Brunn. add. l. 9. ff. de jurejur. n. 31. & aliorum sequacium suffulti autoritate (quamvis alii dissentiant Umm. Proces. Jud. D. 15. th. 1. n. 5. § 18. th. 1. n. 1. Carpz. Jarrispr. Conf. L. 3. D. 46.) sustineamus, promissione matrimonii per unum tantum testem probatâ, *aliis adminiculis & presumptionibus non concurrentibus*, juramentum
sup-

suppletorium deferri non posse; Debent matrimonia, quia coacta difficiles habent exitus, esse libera; At nolens volens Reus & Rea, si Sponsa Actrix, & Sponsus actor juraverit, in matrimonium detruderetur, quod matrimonii libertas non admittit. Berl. *all.* Consentit *Jus Putenicum* in causis matrimonialibus, *suppletorium* non admittens. *PLX L. 1. tit. 40. a. 3. §. 6.* ib. *als da sind* causæ matrimoniales. Si tamen *plus quam semiplenè* fuerit probatum, verisimilibus conjecturis & circumstantiis, matrimonii promissionem inducentibus, concurrentibus, cum Berl. & Brunn. *all. l.* huic juramento locum damus.

XIV. Poteramus singula fusius, per sequi, & hinc *plures* specialiores congerere *casus*, quibus probatione per *unum testem* factâ, *suppletorio* huic juramento ex DD. sententiis & opinionibus non desertur, sed ne illos uberius hinc tangendo extra limites vagari videamur, ab illorum recensio abstinemus, remittentes B. L. ad Berl. *all.* & *abs eo cit. DD.* Ad finem properaturi brevibus notamus adhuc, cujus ponderis & effectus sit *unius testis*, sed *omni exceptione non majoris* testimonium? Tantum tribuimus, ut non dubitemus asserere, factâ per *unum testem omni exceptione non majorem probatione*, in defectum legitimæ probationis posse Judicem ei, contra quem hicce unicus deponit, *juramentum purgatorium*, jure Civili, Canonicò, Prutenicò, & moribus aliorum locorum & LL. approbatum, aut ad *partis instantiam*, aut ex *Officio* in causis civilibus & criminalibus deferre, ex sola unius testis exceptione non majoris testimonio tantâ suspitione ortâ, ut legitimâ sit opus purgatione. Conf. Berlich. Lauterb. Fransk. *PLX. all. l.* non exclusâ tamen innocentiae probatione *PLX. all. l. art. 4. §. f. Rauchb. p. 2. b. 3. Mynf. c. 2. O. 88.* Pariter huic juramento purgatorio, & iis in causis, in quibus per unum testem omni exceptione majorem juramento *suppletorio*, per antè notata, non debet deferri, cum Carpz. *p. 1. C. 22. D. 14.* relinquatur locus, cum, nemine non advertente, malè inferatur à denegato *suppletorio*, ad *purgatorium all. DD.*

§. XV. Unius testis Effato Coronidis loco non inconvenienter subjicimus, quæ de *unius Jcti* aut *Doctoris Sententia & Opinio* DD. schola tradit: Juris etenim interpretes & *Testium* nomine in jure veniunt. *l. f. C. d. his qui in Eccl. man. deque jure consulti dicuntur testar. l. 2. §. 47. in m. ff. de Orig. Juri Jctorum Responsa*, post quam *Augustus Cesar* promiscuam illam de jure respondendi facultatem inhibuit,
con-

constituitque, ut in posterum ex autoritate sua responderetur *L. 2. §. 47. all. l. 1. §. 4. C. de Vet. Jur. enucl.* qualem vim & quàm immensum habuerint robur, tum *§. 8. J. de J. N. G. & C.* tum insignia nomina, quibus in legibus coruscant *Juris Consulti, Juris Commentatores, Conditores, Legum Latores*, ut alia prætereamus encomia, dicti, satis abundè comprobant: non licebat Judici à Responsis, quæ binis interdum verbis, nullâ expressâ ratione dabantur. Conf. *L. 18. in f. ff. de ann. legat. L. 19. §. 2. ff. Eod. L. 122. §. 4. ff. de Verb. obligat. recedere. §. 8. all.* Quam vim ac potestatem quidam DD. *unius Jcti Responso* tribuere non dubitant, idque exemplò Imperatoris *Theodosii*, scripta universa *Papiniani, Pauli, Ulpiani, Modestini*, approbantis *L. un. C. Theodos. de Respon. Prudent. & Imperatoris Justiniani* ex singulorum *Juris Consultorum* centonibus, *Pandectas*, proprium illud & sanctissimum justitiæ templum *L. 1. §. 5. C. de Vet. Jur. enucl.* componi curantis, corroborare intendunt. Conf. omninò *Fransk. ad tit. ff. de O. l. n. 60. Philip. Burchard. discurs. de hodiernis Jurispr. nev. & rem. p. m. 73.* Quibus tamen non subscribunt *Vinn. & Mynsing. ad §. all. verbis §. all. ib. quorum omnium &c.* strictè inhaerentes. Hodie in tanto honore & pretio, quò olim, DD. non esse *Responso*, praxis *Curiarum* docet: *Jctus Hopp. ad §. 8. J. de J. N. G. & C. & Jctus Klein. Profess. Rostochiens. in Coll. ff. Theoret. Practico tit. de LL. §§.* Vix duorum, trium aut plurimorum tanta, quanta ante *unius* fuit, est autoritas. Tantum tamen adhuc hodie duorum DD, non *Advocatorum*, ut ut *Jureconsultissimorum*, *Hopp. & ib. Stryck. all. aut unius Excellentissimi Doctoris* de Jure *Respondentis sententia* dari in judiciis solet, testibus *all. DD. ut Judicem* à malè judicato, & partem *litigantem* à refusione expensarum liberet arg. *L. 79. ff. de Judic. Schnobel. D. 1. th. 16. Harpr. ad §. 8. Inst. de J. N. G. & C. n. 39. Berl. p. 1. C. 78. n. 31. Carpz. p. 1. C. 31. D. 27. n. 5.* Lege deficiente, ex *unius Doctoris* sententia, dummodò in terminis terminantibus loquatur, & decisionis exprimat rationem, debere judicari, volunt *M. de Afflict. Decis. 169. n. 8. Grav. ad Observ. Gail. in proem. c. 5. n. 123.* Quòd eò procedit nobis expeditiùs, si causæ v. g. *matrimonialis*, aut *ultima voluntatis* favor accedat, & pro his scriptum, aut dictum. Opinionem *unius Doctoris* matrimonium, atque testamentum sustinentis præferendum esse plurium dissentientium

D

sen-



sententiis, & hujus *Unius opinionem* vincere communem, communi DD. comprobatur calculò. Gail. L. 2. O. 94. n. 19. Felin. ad rubrum de Spons. n. 6. in f. Zas. C. 3. n. 22. Burchard. all. disc. Pantfchman p. 2. Q. 3. n. 60. Harpr. ad §. 3. 4. f. de Test. ord. n. 351. licet aliàs à *communi opinione*, quæ vim consuetudinis dicitur habere, non sit recedendum, quod tamen sub eo à nobis accipitur moderate, ut sententia Doctorum ponderetur magis, quàm numeretur, benè ipsò Justinianò suffragante in *Const. Deò Autore. de Concept. ff. ad Tribon. §. 6.* In aliis negotiis *unius* sæpe prævaluisse *sententiam*, exempla à Jcto Gothofr. ad L. 17. §. 7. ff. de Recept. qui arbitr. allegata evincunt. Non argumentamur firmiter: stat à nobis pars major, ergò est verius, nonnunquam convertere licet. Est multorum, nec vana, ut opinamur, querela: Interpretes sæpè alios sine judicio turmatim sequi, quemadmodum Aves Regales, quarum unam prævolantem reliquæ omnes comitantur. Hartm. Pist. L. 2. Q. 1. n. 86. & Art. Duk de aut. Jur. Civ. L. 1. c. 8. ib. 11. Debent Juris studiosis esse amici Bartolus & Baldus, sed magis amica veritas; non omne quod magni dixerant Autores, statim verum est. Labuntur & hi, quia homines sunt: sed ad rem: tria supersunt: (1) uni Doctori, licet celebris & excellens sit de *consuetudine* attestanti non esse credendum, quod arg. L. 12. ff. §. 1. 9. §. 1. C. de testib. statuunt DD. Schaubel. D. 1. ib. 23. Cothm. v. 1. C. 13. n. 73. Oldencop. tr. de appell. in causis crim. n. 23. Myns. c. 6. O. 68. Coler. Procef. Execut. c. 11. p. 3. n. 70. cum illa non in libris & doctrinis, neque discursu intellectus, sed in tacito populi consensu & actibus consistat. all. DD. add. Mev. p. 6. D. 323. n. 5. ubi scribit, Doctori quidem de moribus sui loci, sub quo vivit, aliquam tribui fidem, at non si scribat de Universali actus consuetudine. (2) Unum Jctum, licet excellentissimus & sagacissimus, de *causis criminalibus* testari, consulere, & pœnam crimini definire non debere, monente Boccr. de furtis c. 11. n. 41. Barbof. ax. com. sub. V. periculum ax. 10. (3) Doctori quamvis unico testi de *pericia sui discipuli testanti* plenè credi. Harpr. ad §. f. 7. d. Jure pers. n. 36. ubi hanc in rem citat. L. 11. C. de Advocat. div. Jud. juxta quam de ejus juris peritia, qui vult in *Advocatorum numerum* coaptari, ex Jurisperitorum Juratorum testificatione debet priùs constare. Conf. omninò Mev. p. 1. D. 189. Atque hæc nunc sunt, B. L. quæ Tibi de teste uno ejusque testimonio validitate

te

te & effectu hac vice exhibemus; confidimus, Te æquum & benignum,
non rigidum fore æstimatorem, ingenique imbecillitati & humane con-
ditioni, quicquid minus aptè, accurateque dictum, aut non omni exce-
ptione majus scriptum cum Imp. in l. 2. §. 14. C. de Vet. Jur. Enucl.
fore imputaturum. Quibus finimus, & DEO T. O. M., devotis exso-
latis gratiis, ulteriùs pro felicissimo omnium successu supplicamus, in-
que eo solo studiorum nostrorum principium, medium quarimus &
FINEM.

COROLLARIA.

1. Testis invitus ad dicendum testimonium compelli potest,
licet juraverit se non testaturum.
2. Testimonii ferendi causa licet Superiori testes evocare, non
requisitò inferiori Magistratu.
3. Testis pecuniam accipiens, ut veritatem dicat, in falsi cri-
men incidit.
4. Testis verum tacens, punitur de falso.
5. Testis in uno falsus, in toto præsumitur falsus.
6. Testis, se deposuisse falsum asserens, non præjudicat illi,
pro quo jam deposuit.
7. Non sufficit, si testis deponere velit, an Eynes statt/ bey
den Pflichten/ damit er seiner Herrschafft verwandt/ bey
Adelichen Ehren und Treuen zc. aut per scripturam, un-
ter seinem Pittschafft und Hand- Unterschrift.
8. Testis interrogatus, ob er sich öffentlicher Laster/ als Mord/
Todschlag/ Hurerey zc. schuldig wisse / non tenetur re-
spondere.
9. Abs interrogatoriis ad examen testium porrectis rejici pos-
sunt, quæ pro terrendo teste additæ sunt ad articulos prin-
cipales execrationes: v. g. Ob Zeuge diesen Augenblick
in den Abgrund der Høllen versincken wolle/ wann dieser

Articul nicht wahr sey/ ob er da er also sagte/ nicht Gottes
Gluck/ die Hölle/ zeitlich und ewig Verderben verdienen
würde.

10. Excipiens contra testem, quod falsarius, usurarius, criminous &c. & non probans, actione injuriarum non tenetur.
11. Statutum puniens producentem falsos testes habet etiam locum in uno producto.
12. Testis ob dicta ad articulos de diffamatione vel injuriarum non potest conveniri.
13. Testimonium vulnerati moribundi, ut unius testis, Titium inculpantis, vom Titio sey er so verwundet und zer schlagen &c. effectum torturæ non operatur, multò minus ad condemnationem sufficit, licet assertionem exhalans juramentò, aut assumptâ Sacrà Coenâ, daß er das heilige Nachtmahl darauff empfangen / confirmârit.
14. Differunt de facto propriò & in causa propriâ testari.
15. Differunt testis idoneus & omni exceptione major.
16. Vasallus contra Dominum, Judæus contra Christianum, parentes & liberi pro se & contra se testimonium ferre non possunt.
17. Depositio testis per verba: dubito, forte, forsitan, mihi videtur, non videtur, meines Erachtens/ wie mich bedüncket / non probat.
18. Testes deponentes, se vidisse ad lumen lunæ, non sunt integræ fidei.
19. Infames & fœminæ à dicendo testimonio non reppelluntur.
20. Juramentum à teste est in propria personâ præstandum, Procuratore non admissò.
21. Cœcus potest esse testis de visu & auditu.

AD

AD
PER-EXIMIUM ATQUE PRÆSTANTISSIMUM
DN. RESPONDENTEM
AMICUM SUUM DILECTUM!

Dum de *Teste* docet solers *Rademinius* uno:
Ingenii testes hinc sibi mille parat.

gratulab. ser.

THEODORUS PAULI,
U. J. D. & Prof. Prim. Acad.
h. t. RECTOR.

Quòd *Studioforum Juris* numerosior ordo
Hactenus heic abs ore meo, cum jura professus,
Hæserit, & malè non certaverit ullus eorum
Qui post ingressus cathedram: (depellere tela
Contradictentùm forti munimine vocis
Omnibus in laudem cessit:) si læter & inde
Ecquis miretur? cui laus, ceu splendida merces,
A studioforum studiis hucusque refulsit.
Durat adhuc, *Studiofa Cohors*, vos jura docendi
Indefessus amor: deerunt neque præmia, spero,
Publica, quandocunque pari conamine vestra
Commoda curabo: Vos compensabit ipsi,
Siqua dabit studiis cursus fortuna secundos.
Quis de gente bona memori non mente docentis
Servabit nomen? Vestrum quis & immemor unquam
Doctrinæ meritique futurus? & improbus osor
Illius, per quem juris formatus ad artem.
In te, *Rademine*, scio, charòque *Parente*,
Amselii nomen nunquam delebile perstat:

Si

Si modò jussa boni Patris, modò jussa docentis
Optima porrò sequi pergas, & tramite cæptò
In Themidis castris noctesque diesque moratus
Impiger absolvas, superest quæ portio juris.
In cathedram *Præses* te tunc produco probandum
Omnibus: haut fallor, sine me, tu voce disertâ
Ex cathedra benè defensabis, quicquid in *Uno*
Teste doces juris; cunctis testaberis ipse,
Alterius non laudis egens, quàm prompta loquela,
Qualis & ingenii virtus, & qualia dona
In te se junctim combinent: ecquis & inde
Te non dilaudet? Juvenem miratus ad usque!
Invideat quicumque velit: transjectio vocum
En tibi non aliam defert in * nomine laudem.

* HEINRICUS RADEMINUS,

Pur. Anagr.

HINC JURE ES MIRANDUS.

*Ita Nobiliss. Dn. Respondenti & Disputationis Autori
gratulatur, & felicissimos omnium conaminum
successus ex voto Parentum & benè faventium
animitas apprecatur*

J. AMSEL. D. PRÆSES.

Quæ, *Rademine*, Tibi nunc publica gloria surgit,
Quando sub *Amselio* pulpita docta teris.
Hæc & me pariter, credo, reliquosque manebit,
Hoc Duce tractantes nobile juris opus:
Est utrique satis nostram jam cognitus ille,
Ille suos summâ sedulitate docet.
Dii caput hoc nostrum modò servent: ambo precamur
Namque sub ipsius vivimus ambo manu.

QUIBUS

*Nobilissimo Dn. Respondenti de eleganti juris
specimine feliciter & cum summa laude
edito gratulatur*

GOTTOFREDUS Liber Baro ab HEIDECK.


ULB Halle
006 301 584

3



VDA7







1695 A. B. R.
2/1
I. N. D.
DISPUTATIO JURIDICA

Vulgato Dico

UNUS TESTIS,
NULLUS TESTIS,

Germ.

Ein Zeuge / kein Zeuge /

OPPOSITA.

Quam

DIVINO FAVENTE NUMINE,

Et

AMPLISSIMÆ JURIDICÆ FACULTATIS CONSENSU

PRÆSIDE

DN. JOHANNEN Amfelsn /
U. J. D. & Electoral. Suprem. in Prussia
Judiciorum Advocato,

FAUTORE ET PRÆCEPTORE ÆTATEM DEVENERANDO.

IN ILLUSTRIS REGIOMONTANA ACADEMIA

publica & placida

ERUDITORUM DISQUISITIONI

subjicit

HENRICH RADEMIN, HAMBURG.

A. & R.

Die. Mense Julio, Anno M. DC. XCV.

REGIOMONTI, TYPIS REUSNERIANIS.